pertatem diserim, vt mori sit melius, quam indigere; nam vir
respiciens in mensam alienam, non est vita eius in cogitatione
victus, alit enim animam suam de cibis alienis. Occurrit mi
hoc loco dictum Theognidis, is cum videret Poëtas compositis fa-
bulis veluti praclaro aliquo inuento gaudere, ipse relictis fabu-
larum commentis ad formandos mores, vitamq; bene instituenda
Poeticam traduxit, cuius hoc praclarum de paupertate gerat
eulogium: In mare cetiferum, ne te premat aspera egestas
Defili, et è cellis cornue corne ingis; quasi dicere voluisset: qui
vitam in miseria duxit, mori potius amet, multò enim melius
est è vita discedere, quam solem sui dedecoris testem habere.
Videmus enim sæpe eos qui paupertate vitam degunt, in iuuentute
ad virtutem exercari non posse, at vbi in virum adoleuerint
improbissima quaq; perpetrare. Nam si forte legatione aliqua
pro patria fungantur, facile pecunia corrumpuntur: con-
cionaturi quoq; quo spes lucri inuitauerit, eò flectunt ora-
tionem: Ius vero dicturi pro largiente pronuntiant, suspi-
untq; pro suffragatoris dona. At diues quispiam, paupertatisq;
cura leuatus ad spem protinus honestissimam attolluntur, et
vbi ex epsebis euaserint, splendide cuncta administrant; id
in pace sumptum edendis publicè muneribus, faciendisq; ludis,
præbentes iam in bello impensas, in toleranda militia onera
conferentes. Et vero quemadmodum grauiores afficti vinculis
quo minus liberum ipsis sit, quod velint agere vinculis pro-
hibentur, ita in paupertate degentibus obstat, quo minus ex-
ercere libertatem possint ipsa paupertate, et inopia rerum.
Jrum vobis propono, qui cum Ptolemæum vnus esset, non ta

Lizenz: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 127v – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/de/zbz/D0147/127v)